UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Lertivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13059

Visual Library

GA-
RVM-
NA.

LERTIVS.

Lers, r. QUI Eiria Plinio fuit, nunc Lertius vocatur, fluitque è montibus Fuxenſium ex alta rupe, ac fons ejus *Belleſtarii* natus abluit *Mazeriarum* planiciem, poſtea inter *Mirapineum* vrbem Epiſcopatu inſignem, & Caſtellum, labitur, ſingulis diebus crates lignorum quatuor aut quinque menſium ſpatio in Aurigeram, atque inde Tholoſam defert, magno ejus vrbis commodo. Vicies quater naſcitur, totidem moritur; ſiccam enim originem ipſius tranſire licet ſpatio ſemihoræ, mox recurrente alia ſemihora rapiditate ejus ferri non poteſt. Fluctus enim ejus ſpumoſus renaſcitur, ac famoſiores fluvios curſu vincere aut æquare contendit. Fluctus inquam arte numerandi præſtantes qui natura obſervant tempus tanta ſecuritate, vt id abſque horologio quotidie metiantur; ita enim deſcribitur ab

Beleſtat
Mazeres.
Mirepois.

eximio Poëta Bartaſſio, cujus hi ſunt verſus; GARUMNA.

Mais tout ce que j'ay dit en merveil-
les n'approche
Aux merveilles du Lers quand il
ſort de ſa roche.
——— Contemplant la fontaine
Qui lave de ſes flots de Mazeres la
plaine,
Et née à Belleſtat, non loing des
monts de Foix
Le peuple Tholoſain certe pourveoit
de bois,
Chaque jour que Phœbus parfaiſant
ſa carriere
Sur les deux horizons reconduit la lu-
miere:
Son eau porte radeaux durant quatre
ou cinq mois,
Vingt & quatre fois naiſt, meurt
vingt & quatre fois
A ſec on peut paſſer demie heure ſa
ſource,
Et demy heure apres on ne peut de la
courſe
Souſtenir la roideur; car ſon flot eſcu-
meux
Naiſſant, taſche eſgaller les fleuves
plus fameux.

GARVNNA.

Flot docte à bien compter, qui garde par nature
Le temps ſi ſeurement ſans horloge, meſure.

Nec ſcio quicquam ſimilius quàm locum illum Senecæ in Tragœdiis:

——— Euripus vndas
Vertit inſtabiles, vagus,
Septemque curſus flectit, & totidem refert [iubar.
Dum laſſum Titan mergat Oceano

Vidi ego apud *Altamcumbam* in Sabaudia Monaſterium ingens ordinis Ciſterc. fontem quem vocant Mirabilium, qualibet hora bis fluere, & bis ſiccari ſolitum. Et cùm fluere incipit, ingenti murmure ſonoque erumpere, ac ſtatim moletrinam agere antequam in ſubjectum *Lacum Burgitem* influat: in cujus fontis margine quatuordecim menſes aſſedi quotidie vnâ horâ, vt oblectandi animi causâ rem tam mirabilem tamque ſtupendam contemplarer. Lertius verò in Aurigeram labitur prope Templũ *S. Ganvillæ*, & permixtis aquis ſuis à Garumna accipitur Largior eſt, nec ad-